



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Donationibvs. Titvlvs XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

CAP. IV.

Si sine licentia pralati & majori parti capituli religiosus fidejussit, vel mutuum accepit, non teneat ecclesia, & ipsa recipiens punitur, nisi mutuum sit versum in utilitatem ecclesia.

Innocentius tertius in concilio generali. a

Quod b quibusdam religiosis à sede Apost. est prohibitum, volumus & mandamus ad universos extendi: e: ne quis videlicet religiosus ablique majoris partis capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fidejubet, vel ab aliquo pecuniam mutuum accipiat, ultra summam communis providentia constitutam: alioquin non tenetur conventus pro his aliquatenus respondere. Nisi forte in utilitate d domus ipsius manifeste confiterit redundasse. Et qui contra istud statutum venire presumperit, graviori discipline subdatur.

CAP. V.

Tonit tres casus, in quibus fidejussor contra debitorem agit antequam solvatur, ut à fidejussione liberetur.

Gregorius IX.

Eum pro quo te fidejussorum obligasti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipate bona sua coepit, seu super hoc condemnatus fuisti, iure poteris convenire ut te à fidejussione debeat liberare.

DE SOLUTIONIBVS.

TITVLVS XXIII.

CAP. I.

Successor in beneficio tenetur solvere debita praedecessoris pro necessitate ecclesie contracta.

Alexander III. Decano & capitulo Morian. f

Ad hoc g in Apostolica: & infra. Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita pralatus sui praedecessoris, pro ecclesia necessitate contracta.

CAP. II.

Si pralatus obligat ecclesiam pro alienis debitis, et suspenſus ipso facto ab administratione spiritualium & temporalium, & ecclesia non tenetur.

Gregorius IX. universi ecclesiarum pralatus.

Si quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne quis präsumat ecclesiam sibi commissam pro alienis gravare debitis, aut literas alieui seu figilla concedere, quibus possent ecclesie obligari h: Dementes si fecerit attentatum, ad solutionem talium debitorum ecclesias non teneri. Si quis autem contra præmissa ex parte venire præsumperit, ab administratione spiritualium & temporalium noverit ei suspensus.

CAP. III.

Si clericus non habeat, unde satisfaciat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec alter molestat: præstabit tamen cautionem scilicet juratoriam de solvendo, cum venerit ad pinguiorem foratum.

Idem Decano & canonico Tullen.

Odoardus i clericus propositus, quod cum p. clericus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram officiali Archidiaco Remen. super quibusdam debitis conveniens; idem in eum recognoscetem hujusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, excommunicationis sententiam promulgavit: & infra.

a Ca.50. b C.un.eod.tit.in 4.comp. c Vid.l. cum acutissimi per Bart.C.de fideicom. d Vid.Bald. in auct. hoc jux porre. Eum. C.de sacra san eccl. e Vid.Gaud.Pap.descr.117.incepit, fidejussor potest. f al.Norvicen. g C.i.eod.tit.in 1.compil. h Vid.L que doxi. ff.solut.marr. & LLucius. & utrobic Bar. ff. de fide instru. i Odardus habent antiqua exemplaria. Vid. late per Bald.in 4.fin.

Mandamus, quatenus si confiterit, quod prædictus O. in totum vel pro parte non possit solvere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxet, recepta prius ab eo a idonea cautione, ut si ad pinguiorem fortunam devenerit, debita b prædicta perolvat.

CAP. IV.

Conquerens se indebito soluisse, hoc probare debet, nisi in casu posito.

Idem.

Is, qui conqueritur indebito pecuniam se soluisse probare tenetur, quod indebito sit soluta. c Nisi eius adversarius solutionem incivans exinde convincatur: tunc enim differenti onus incumbit probandi, quod debitum receperit.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS XXIV.

CAP. I.

Totell intelligi duobus modis: & secundum primum intellectum b. Liberatu in donando existimat se debere quod donat. Vel si secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.

Gregorius d A. Patricio Gallorum.

Prudentes: [i & infra.] Hanc e sibi quedammodo nobilitatis legem f imponit, ut debere se, quod sponte tribuit g, existimat: Et nisi in beneficiis suis creverit h, nihil le præscripte putet.

[i Viro sicut esti, Regibus adhuc, mulierum filamento, &c. ut in registro impreso.]

CAP. II.

Non valet donatio, quam facit pralatus in consilio capituli, & in damnum ecclesie.

Alexander III. Parisien. Episcopo.

Fraternitatem i tuam credimus non latere, quod cum Episcopus & quilibet pralatus ecclesiasticorum rerum sit procurator, & non dominus: conditionem ecclesie k meliorare potest, facere vero detinorem non l debet. Accepimus autem, quod praedecessor nus graves donationes in rebus episcopatus fecit in detrimentum ecclesie, suis canonici inconsulto.

Vnde quoniam donationes hujusmodi de jure non tenent, indulgemus m tibi, ut licet donationes hujusmodi tam a clericis, quam a laicis legitimè revocare.

CAP. III.

In considerando, an valeat donatio facta per prælatum, addit attendi quantitas rei donata, & loci constituta, b.d. inbarrato terra.

Idem Vigorien. Episcopo. n

Caterū o, si Abbatem donationem cum priore & quibusdam de conventu, vel solum Abbatem facere contigerit, & postea conventus pars reclamaverit: Data rei quantitas, & illius terra confutudo (qua tamen facies canonibus non obviat) est diligenter attendenda: & secundum hoc est donum ratum vel irritum judicandum.

CAP. IV.

Ecclesia non vacans, in beneficium concedi non potest, sed in proprietatem sic de auctoritate tamen Episcopi, & sine præsudito pralati.

a al. ab ipso. b prescripta. c Vid. l. cum de indebito. ff. de proba. d Aeschylus l.12. e C.i.eod.tit.in 1.compil. f. ponit. g extim. h nec. i Ca. 2. eod. iii. m. comp. k In C. Barb. meliorem potest facere, &c. l al. non potest. m al. indulgemus ut tibi licet. &c. n Vigor. al. VVigorien. o C.i.eod.tit.in 1.compil. & c. 2. iii. de consuet. m. comp. & post conc. Lat. p. 29. c. 3. Idem

Idem Abbas S. Alberti.

Consultationibus a: & infra. Donationes vero vel concessiones ecclesiastum si qua fiant privatis personis, viventibus illis, qui ipsas ecclesiastis possident, nullius debent esse momenti. Si religiosi fiant locis ab Episcopo, vel ius auctoritate, ratae debent haberi: ita quod per sona, qua jam dictas ecclesiastis possident, sine ipsis adueni eis in vita sua non debeat eis spoliari.

CAP. V.

Non obstante iuramento de non interficiendo novo, prelati inter se potest feudum, si apparet usus nullum in mensura suisse de ambo.

Innocent. III. Episcopo Floren.

Pertus e literis proponere procurasti, quod cum quidam Nobiles Florentini tempore schismatis Episcopum Florent. in domo sua tenuerunt, idem Episcopus sedata schismatis tempestate de mandato Alexand. Pap. quatuor modios terra in fundum concessit eisdem: & successori ipsius (prout est moris) de certo fendo præfatos nobiles investivit. Verum cum ipsis adsignatam terram mensuram fecissent, non nisi duos modios invenerunt, feudum integrari, cum instantia postulantes, super quo dubitas, eo quod non sunt in possessione ipsius, ne de novo videant illud conferre: [i & f.] Nos igitur attendentes, quod ecclesia in actibus suis fraudem non debet aliquam adhibere, respondemus quod feudum ipsum leuiter potest integrare, cum terra illa quatuor modiorum ipsi fuerit adiungata.

[i] Licitus fidelitatem curaverunt exhibere, & de quatuor modi scirme inveneri, antequam eorum petitioni dices annuens, & dasisti ap. confundendam.]

CAP. VI.

In donationibus plenissima sit interpretatio: & ob hoc clausula non potest multas donationes adposita proximam donationem tantu' reficit, h.d. & est casus singularis.

Idem R. d de Burg. & G. Berber. Abbatis.

Cum dilecti e filii Abbas & Monachi de Melios posuerint coram nobis, quod Nobilis vir Alanus quoddam terras a patre ipsius, eorum ecclesia in elemosynam f adsignatas, violenter redige cupiat in forenam: [i & infra.] Mandamus, quatenus ad sententiam proprii monasterio preferendam appell. postposita procedatis, cum ex tenore instrumenti vehementer g appareat, quod haec fuit mens & intentio donatoris, ut clausula de foresta, qua in fine ponitur instrumenti, non ad superiori donationem, que tam libera & pura fuit, ut immunitus esset vexatione & consuetidine secularium, sed ad inferiorem confessionem qua pensionem & determinationem habet infirmam, iuxa sanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena, h, in testamento plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda.

[i] Et super his indebet molestaret, vobis deo differe reclimus in mandato, ut ipsam A. ab ipso super illu' terru' indebita molestatu' desistere per cen. ap. postpo. cogeretis. Verum cum super causa ipsa mandatum Apol. impleretur, diligenter procedentes in causa partibus in praesentia vestra constitutis, testis recipi si bimacule & super attestacionibus illorum, & instrumento, disputationibus, ac discrepanciis diu habitis in causa ipsa, usque ad sententiam calicem processisti: causam ipsam sufficienter instruam ad nostram audiencem remittentes, ut autem per diligentiam nostram

a Cap. 23, tit. de jor. patr. in 1. comp. & post conc. Later. p. 15. cap. 20. b debant. c C. 2. cod. tit. in 3. comp. d al. ita; R. 6. de Burg. & 6. de Burge Abbat. e C. 3. co. tit. in 3. comp. f Elev. mohnd. g appears. h Interpretatio facienda est in meliorem partem, ut res valent, vid. l. quiesc. de re, dub.

[fini causa imponatur, eidem instrumentorum tenore, depositiones testium & allegationes etiam, prout ea recuperatu, sigillorum & sacerdotum munimine roburata vel conformata, vobis sub sigillo nostro remittimus interclusa per Apol. sed.]

CAP. VII.

Si Episcopus in ecclesia, quam de consensu capituli pro loco constitit, percepiebat certos provenitus, illos donasse videtur: aliquin omnes provenitus præter cathedralicu, cedunt pro loco. Et si Episcopus concorsit de consensu patroni, intelligetur patronus donasse ius patronatus.

Idem Episcopo Helensis a.

Pastoralis b offici: [i & infra.] Tua nos duxit discretio & consilios, si Episcopus consentiente patrōnō viris religiosis aliquam ecclœsiā concedendo, hac utram simplicitate verborum, concedimus vobis illam ecclœsiā: utrum eo ipso videatur in eorum usus fuisse concepsa, vel ius tantummodo patronatus? Nos autem inquisitioni tua duximus respondendum, quod si Episcopus ecclœsiā illis conferat de consensu patroni, profecto patronus, quod siūm est, conferre videtur: ius videlicet patronatus d: & Episcopus quod temporaliiter obtinet in eadem: ut si fructuum ecclœsiæ ejusdem aliquam recipiat portionem, in eorum usus illa portio convertatur. Quod si ex ipsius provenientibus nullam debeat portionem habere, omnes provenitus præter cathedralicu in eorum usus credimus converrendos. Sed ut Episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requiredus.

CAP. VIII.

*T*essent hospitalari in præjudicium suum, se & domum suam alteri religioso domus subiungere & donare, hoc dici, secundum intellectum glossa.

Idem Florentin. & Fesulan. Episcopi.

Intra dilectos & filios hospitalarios sancti sepulchri, lac fratres hospitalis S. Allucii, super eodem hospitali questione suborta, cum iudicem hospitalarii super possessorio, quod semel & iterum ex causis tamen dissimilibus intentarunt, contraria sententiam reportarent: deinde ad petitum recurrentes, proponere curarunt, quod cum G. quandam rector & fratres ac patroni ejusdem hospitalis habito communis tractatu f deliberascent, hospitale ipsum hospitalarii supponere supradictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus vices suas, committerentes, ut quod per ipsos fieret, acceptarent: qui cum eisdem taliter statuerunt, ut ad ipsum hospitale aliqui mittecentur, qui eorum nomine acciperent g adsignationem ipsius, cum autem duos illuc de suis fratribus transmisiissent, ipsi donationem & adsignationem hospitalis, tam a Magistro, quam a supradictis procuratoribus, & aliis eisdem domus fratribus receperunt. & infra. Procurator autem partis alterius ex adverso respondit, quod prædicta donatione debet non immerito retractari: quoniam multis ex fratribus inconsultis a prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis & perjuris, de re litigiosa in fraudem plebani de Piscia, qui super eodem hospitali moverat questionem, fuerat celebrata: [i & infra.] Attendentis igitur, quod fratres & patroni sancti Allucii pro se, in modo potius contra se turpitudinem allegabant: videlicet perjurium, excommunicationem, & fraudem non utique contra ipsos, sed ab ipsis commisam, & intelligentes donationem ab eis hospitalariis factam, puram ac simplicem extitisse: quia non

a al. Helsen. b Ca. 4. ed. tit. in 3. comp. Reliqua partes huius Dec. quere sup. de refor. pastoralis. & alii loci. c fraternitas. d Vid. l. Causa. cum patr. D. de pagno. e Ca. 3. ed. tit. in 3. compil. f contractu. g recipient.

○○○

deceptoribus, sed deceptis iura subveniunt. Vnde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, hospitalare praedictum pertinentius suis hospitalariis sancti sepulchri adjudicare curavimus. Ita quod per hanc sententiam dioecesano Episcopo & plebano de Piscia nullum prejudicium generetur: cum res inter alios acta non debeat alius prejudicium generare.

[1 Et haec omnia proponet sufficiens per dispositions testum proditorum. Ad hac vero parte altera multipliciter respondente luncinde fuit aliquandiu disputatione.]

CAP. IX.

Donatio quinquagesima vel centesima, quam facit Episcopus cum gravi ecclesia sua detrimen, potest legitime revocari: nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesiman conferre, etiam cessante lafione ecclesia sine auctoritate superiori.

Idem Episcopo sancti Andrea.

A Postolicæ sedis oraculo b: [1 & infra.] Inquisitioni taliter respondens, quod licet sit in canone & definitum, ut si quis Episcoporum in parœcia seu monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiæ, cui præfider, ipsum doare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem ecclesia verò quam monasticis regulis informare, vel pro suis propriis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimaliam partem census ecclesia cui præficitur, debeat largiri: quia tamen in eodem canone consequenter adjungitur, ut hac a temperamento aquitas obseretur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damnatio gravia non infligit: ea quidem cautelarvata, ut unam tantummodo que placuerit ex his duabus, remuneracionem afflumat. Hoc semper est observandum, quod unus Episcopus vel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi ecclesia sua detrimen conferre, sive simul & semel id facere velit, sive plures successice eisdem vel diversis ecclesiis conferendo. Vnde cum grave detrimentum sive de possessionibus sive de preventibus ad Episcopalem mensam vel cathedrali ecclesiæ pertinentibus, in quantilibet portione constituerit esse collatum, potest legitimè revocari, nisi præscriptione vel alia exceptione legitima actio hujusmodi excludatur. Nam etiæ prima facie presumatur, quod collatio quinquagesima vel centesima pars grava non inferat detrimentum, quia tamen non solum si sapè, sed etiam si lemeli id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum validè damnum: quod quidem magis potest ex ostensione facti, quam expressione aliquius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successivè debet cum gravi ecclesia damno conferri. Si vero in tantum abundet Episcopus, ut sine damno ecclesia sua possit amplius etiam, quam per quinquagesimam vel centesimam partem necessariè alterius ecclesiæ subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere a canone præfinitam, per quam inquit largiri voluntibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [Pontificis f] potest etiam in majori summa in opere alterius provideri.

[1 Cum plerunque contingat quod Episcopi successivi loci religiosi dereditibus qui pertinent ad eosdem ultra quinquagesimam conferant portu[m], ita quod interdilectum usque ad tertiam partem vel quartam, interdum vero plus minusve huiusmodi redi-

a. Vid. l. transaktionem c. de p[ro]p[ri]etate. & l. si p[ro]p[ri]etate. ff. de j[ur]e. & l. summa. 4. p[ro]p[ri]etate. ff. de p[ro]p[ri]etate. b. Cap. 6. eod. titul. in 3. compilat. c. Hunc canonem habet in concil. Tolent. cap. 3. referit Grat. 12. q. 2. c. 73. incipit bona rei. Eius canonivs verba hic inservit Imo. usq[ue] ad vers. Hoc semper. d. ut per hoc temperam. c. eidem. e. Vox Pontificis, deest in versionib[us]. Codic.

tus minuantur: tua frat[er] nos consulunt utrum successoribus erundis ea qua taliter fuerunt ultra quinquagesimam portionem concessa, b[ea]t[us] aliquatenus revocare. Nos igitur.]

CAP. X.

Donatio potest per donationem non per barem eius, quicunque, ob ingratisitudinem donatarii revocari, in casibus hic expressu.

Gregorius XI.

P Ropter eius ingratisitudinem, in quem liberalissime collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare. Si forte in ipsum impia manus impetrerit b, aut fibi atrocis injuriis, seu grave rerum suorum damnum, vel vite periculum inferte presumperit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenderit successores.

DE SPECVLO CLERL
corum.

TITVLVS XXX.

CAP. I.

Quæstionum à restore ecclesia tempore promotioni n[on] habent, presumuntur de bonis ecclesia quæstionum.

Ex concilio Arelatense.

I Nvestigandum d est, si nihil patrimonii habens Presbyter, quando promotus e[st] ad ecclesiasticum ordinem f, postea emerit prædia, cuius juris sint: quoniam ecclesia, ad quam nihil habens promotus ea, etc debent juxta canoniam auctoritatem.

CAP. II.

De emptis per prælatum de bonis ecclesia, debet instrumentum confici nomine ecclesia, alias debet prælatus ab administratore removetur.

Ex codem.

P Resbyter g cum diœcesim tenet: de his h, quæ sibi peremitterit, ad ipsius ecclesie nomen scripturam faciat: aut ab ejus ordinatione discedat.

CAP. III.

Quæstionis per Episcopum post consecrationem suam, ecclesia relinqua sicut.

Ex epistola Pii Papæ i.

V T unusquisque k Presbyter res, quas post dies ecclesiæ creationis adquiruerit, propriæ ecclesiæ relinquit.

CAP. IV.

Empia per prælatum ex emolumentu ecclesiæ, efficiuntur ecclesia, licet prælatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Rhemensi l.

Inquirendum est, si quis m Presbyterorum de redditibus ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparavit n: quia sic nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultibus ecclesiasticis o debet, quoniam hoc sacrilegium p est, & per crimini ludi furis, qui facias oblationes asportabat & surabatur.

a. Vid. l. 1. & 2. C. de lib. & eorum liber. b. In concilio editis nondum inveni. Burchard. lib. 3. Decr. cap. iii. & lvo part. 3. ca. 49. d. Cap. 1. eod. titul. in 3. compilat. e. presb[iter]. f. alt. si p[ro]p[ri]etate. g. Capit. 2. eod. titul. in 3. compilatum. h. debet. i. Videatur sumptum ex concilio Carthaginensi. 3. cap. 44. Refert Burchard. lib. 3. decr. cap. 12. lvo part. 3. cap. 56. Grat. 12. quæst. 3. c. 1. k. Cap. 1. eod. titul. in 3. comp. l. In concilio imperij nondum inveni. m. si aliquis Presbyter. n. comparaverit. o. ecclesia. p. sacrilegum.

CAP.